

JOH. GOEDDÆI SUER-  
TENSIS U. J. D.  
COMMENTARIUS  
DE CONTRA-  
HENDA ET COM-  
MITTENDA STIPU-  
LATIONE.

*Cum accuratis & copiosis Indicibus.*



SIGENÆ NASSOVIORUM  
Ex officina Christophori Corvini.

c l o l o x c v l



Coll. Soc. Esv. Salam. ex dono F. Guzm.

AD ILLUSTRÉS ET  
GENEROSOS S. ROMANI IM-  
PERII COMITES ET DOMINOS, DN.  
PHILIPPUM-LUDOVICUM, DN. ALBER-  
TUM, Comites in Hanavv & Rineck &c. Do-  
minos in Mintzenberg &c. germanos fra-  
tres, dominos suos clementes  
& observandos,

JOHANNES GOEDDAEUS J. U. D.

**E**X quo, veré illustris & generosissimus  
Comes & dominus Dn. Johannes in Nass-  
au Catzenelenbogen, Vianden, Dietz  
&c. Dn. in Beilstein &c. Dominus meus  
clementissimus ad eruditam & illustrem  
suam Scholam, quam magno Christianæ Ecclesiæ &  
Reipubl. bono superiorib. annis Herborne aperuit; nunc  
veró Sigenæ liberaliter feliciterq; conservat; me cle-  
menter vocâisset, ut in ea cum cæteris Jurisprudentiam  
docerem: in hoc unicum pro virili incubui, ut quæq; uti-  
lia, & juventuti necessaria in medium proferrem. Pro-  
tuli inter cætera ante quinquennium, vel circiter, hunc  
de contrahenda & committenda stipulatione  
Commentarium (interpretes nostri TRACTATUM  
appellarent) non, ut in publicum prodiret, sed intra pri-  
vatos scholæ parietes delitesceret. Scio, illustres & ge-  
nerosi Comites, quàm periculôsum sit hoc tempore, cum  
de cæteris liberalibus disciplinis, tum de Juris arte quid  
scribere, vel in publicum emittere. Critici jam sunt  
multi senes & juvenes; plures mali quàm boni; iniqui,  
quàm equi censores: & quibus nihil rectum, nihilq; ra-  
tum & gratû, nisi quod ipsi, vel ii, quos affectu quodam  
singulari eorû, privato sibi selegerunt, fecissent. Ab ipsis



DE CONTRAHEN-  
DA ET COMMIT-  
TENDA STIPULA-  
TIONE

ΠΡΟΛΟΓΟΜΕΝΟΝ.

SUMMAE.

- 1 Ratio inscriptionis tam in Cod. quàm Dig.
- 2 Obligatio quid, & quomodo Jctis vox propria.
- 3 Obligatio nascitur ex re, ex consensu, ex verbis.
- 4 Non omnia, quæ verbis fiunt, sunt verborum obligatio-  
nes.
- 5 Verborum obligatio est effectus illorum contractuum, qui  
verbis contrahuntur.
- 6 Stipulatio est verborum obligatio.
- 7 Sed non sola: etsi Donellus dissentiat.
- 8 Dotis dictio quid olim fuerit, & qua scrupulositas ejus  
sublata.
- 9 Jusjurandum liberti quale olim, quale nunc.
- 10 Quòd plures sint verborum obligationes: ideoq; tit. in  
Dig. de verb. oblig. duplici tropo insignis.
- 11 Gaji locus de dotis dictione & jurejurando liberti enu-  
cleatur.
- 12 Ulpiani locus de dotis dictione.
- 13 Quòd hi sint contractus verborum, per inductionem ge-  
nerum ostenditur.
- 14 Exempla dictionis dotis.
- 15 Jusjurandum liberti, cur sit verborum obligatio.
- 16 Jusjurandum non fit sine verbis.